

qvævis efflorescentem. In Caleolum & Tartareum Coagulum sanguis concrescere potest, si deficiant particulae activæ resolventi pollentes; inter salinas enim Terreas & aquosas opus perficitur; Terra præbet materiam, Aquaglutinat, Sal combinat & insipiat. Si verò humidarum particularum copia nimia adsit, ad Caloris supervenientis obsequium facile exhalatur, Unde Calculi Renum, & Vesicæ Lapidescens substantiæ; ad tactum vero cedunt magis Struma s. Bronchocele, cujus Vitium in glandulis reperitur, hinc affinitatem cum illa aliqualem habent, Atheroma, Steatoma & Meliceris; Scyrrhos Tumores etiam qvivis, Tophi, Oedemata & alii sive in glandulis, sive in canaliculis hæmatogogis Cl. Majoridictis & Lymphaticis concreti, sive furfuracei, asperi & Sqamosi sint, qvorum quidam ratione sit nominatur, ex. gr. *ficus Ani*, *Abscessus hypochondrii*, *Capitis &c. Acrochordon* & *Thymion* quoque modo in hac modo in illa Corporis parte conspicua ad hanc deferuntur Causam. Nervi non raro pittifoso lenioq; humor obsidentur, unde partis stupor & quandoq; immobilitas, sunt verba Barbetti in Chirurg. pract. p. m. 347. Si terrestrium ramosarum & Salinarum particularum predominantium copia adsit, soporosus affectus, Apoplexiam, Paralysin, Catalepsin, Incubum, Lethargum, Tetanon & hujus generis alios produci, ita, ut *Ægroti* vel sint Scorbutici, vel Jæterici, vel Paralytici, constat.

## §. 13.

Si vero Acidum subsit, è quocunq; etiam fonte petatur, per particulas ejus acuminatas, adeoq; scindentes, Vincula Sanguinis harmonice mixti solvuntur, subtilioribus & volatilibus viæ redduntur patulæ, ut avolent, fixiores vero partes residuae manent, sanguinem turbescensem faciunt ut stagnent: unde fit Hypochondriacus ut surgat & decumbat Cachecticus; si sui manet juris acidū Arthritidem & cum illa Podagram, Chiragram Gonogram plurimosq; morbos convulsivos & Spasmos summo cum dolore & Cruciatu generat; nervos enim illud ipsum vellicat, ut modo contrectentur, modo relaxentur, & motu hoc vorticoso turbidoque, omnium humorum in toto Corpore fluxus retardetur, unde ex utraq; causa, stagnatio, fixatio & per consequens Viscidi generatio. Ex eodem fonte Variae etiam Hydropidis species; Astitis, Leucophlegmatia, Anasarca &c;

oriuntur